

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema LXXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

corpus non am plus est mortale, non clurit, non stirit; sed est gloriosum: ita nostra erunt corpora, 1. Cor. 15. *φραγτός* ficit *άφρενον*. Neque quicquam obstat quo moris genere occubuerit corpus hominis pii & quomodo. Etenim tanto magis futurum est gloriolum, quanto fuit ignominiosus. Neque enim hoc est impossibile Deo, sed, qui cuncta subiecit sibi, qui dixit: mihi data est omnis potestas, is etiam hoc poterit efficere & praestare, quod per vas suum electum hic promittit.

## III. Pars.

Vnum hoc tertio loco addi etiam debet, ut sciamus, quid nobis ciuibus sit faciendum. Nam hic labor, hoc opus.

1. Cives viuere debent secundum leges & statuta praescripta. Leges ergo & nos obseruabimus. Explica hoc secundum praecepta Decalogi. Neque enim ciuibus concessum est pro lubitu suo viuere: Ita neque nobis, sed facienda patris voluntas, Matth. 7.v.21. Dico enim vos tum demum amicos, inquit Christus, Joh. 15.v.14. Si feceritis voluntatem. Ergo danda corpora ad seruendum Deo viuenti, Heb. 9.v.14. Rom. 12.v.1.

2. Onera Recipubl. ferenda frohen / wachen / renzen. Ita & nos parati simus ferre ferenda, quæ summus ciuitatis huius coelestis preses imposuerit. Tollite iugum meum, Matth. 11.vers. 29. Qui non tollit crucem suam, Matth. 16.vers. 24.

F I N I S.

## T H E M A LXXIV.

Coloss. 2.

Et vos cum essetis mortui per delicta & preputium carnis vestrae, simul cum illo viuiscabit, condonans nobis omnia delicta deleto, quod aduersus nos erat chirographo, quod erat contrarium nobis per decreta, & illud sustulit de medio & cruci affixit.

D I S P O-

THEM

Paulus Ep  
cordicu  
nos etiam cu  
ut nos cum  
nacum eo et  
quibus infig  
Deo in nos  
terum anim  
tar in epistola  
quella, con  
pertinanc  
tum alie  
no ex coll  
1. Psum  
lassen sum  
2. Quoi  
3. Quon  
uata,

De Col  
fer, quod a  
cent mor  
a corpor  
ntem, ide  
cum felici  
xari erau  
expuntem  
ia. Per pre  
qua laborab  
L. Discri  
Gnostimo  
conditum Cl  
ante digni  
ales, quales

## DISPOSITIO.

Paulus Eph. 1. v. 5. sic scribit, Deus qui diues est in misericordia: propter multam charitatem suam qua dilexit nos, etiam cum essemus mortui per delicta, conuiuificauit nos cum Christo, simulque cum eo resuscitauit, & simul cum eo sedere fecit inter celestes, &c. Hæc verba, quibus insignia illa beneficia, per Christum parta, & à Deo in nos collata, exactissime describuntur, sic Pauli fuerunt animo infra, ut bona ex parte eadem verba repeatat in epistola ad Colossenses, loco prælecto. Debent itaque illa, cum non minus, ad nos, quam ad Colossenses pertineant (quia & ipsi eramus gentiles) nostris quoque animis alte insigi, quanta beneficia acceperimus. Itud vero ex collatione optime patebit.

1. Primum ergo dicit Paulus, quo loco res suorum Colossensium fuerint ante conuersionem.
2. Quo in statu iam sint res ipsorum post conuersionem.
3. Quomodo tanta Dei beneficia in ipsis fuerint denuata.

## I. Pars.

De Colossensis, sicut antea de Ephesis Paulus refert, quod antequam Christi cognitionem acquisuerint, fuerint mortui. Non intelligit autem separationem animæ à corpore, vel mortem corporalem: sed spiritualem mortem, ideoque addit. Mortuos fuisse in peccatis. Quia enim nesciebant remedium contra peccata, in illis sic peritur erant. Quando tales fuerint additi, sc. cum haberent præputium, id est, quando fuerint gentiles, alieni à Christo. Per præputium etiam intelligit impuritatem omnem qua laborabant gentes, sicut Rom. 1. v. 29. patet.

L. Dicimus quales fuerint omnes homines nati sub Gentilismo, scilicet extra Christum, (antequam per Baptismum Christo inserebantur) mortui, hoc est, æterna morte digni, alieni à Deo, à promissionibus, & omnino tales, quales describuntur, Eph. 2. v. 12.

Nee

Nec tales tantum erant Ephesi & Colossenses, sed & nos Germani, oriundi a gentibus & postremi inter gentes conuersi ad Christum. Pauci hoc agnoscunt. Adeoque etiam minus sunt grati erga Deum. Ideo Paulus suis illud sape in memoriam reuocauit, 1. Corinth. 12. v. 2. Ephes. 2. vers. 1.

II. Sed hodie ante regenerationem sumus in peccatis mortui, quæ ablui deum necesse est iuvacio aquæ in verbo, Ephes. 5. Tit. 3. Facit hoc contra assertores liberti arbitrii.

## II. Pars.

Et antithesi constat, quanto meliori loco iam sunt res Colossemum, de quib. ait, quod cum olim mortui fuerint, iam sunt vivificati. Et quidem conuiviscant eū Christo, sicut & Ephes. 2. legitur. Intelligitur illa ad vitam spiritualem per Christum facta reducio, quam vita eterna consequitur. Qualem vero vivificationem intelligat, ipsis ostendit ad deum: Condonans nobis omnia delicta, Beatus enim sunt quorum sunt remissæ iniuriantes, Psal. 32. v. 1.

Sicut enim propter peccata mortui dicebantur: ita propter remissionem peccatorum pro viuis reputantur.

Et notatu in primis dignum est quod condonata **omnia** peccata afferat. Et inquit **N O B I S**.

L. Idem nobis beneficium contingit per Christum, quod olim Colossemibus, quod Deus nobis credentibus peccata vult remittere & condonare: in quo omnis nostra salus consistit. Beatus cui Dominus non imputat peccatum, Psal. 31. v. 1. Datur salus populo que est in remissione peccatorum, Luc. 1. v. 77. Hæc vere vita est nostra.

Ineffabile profecto est hoc beneficium.

2. Tantè vero maius quod condonantur delicta, scil. ex merita gratia, Matt. 18. v. 27. Rom. 11. v. 6. Ephes. 2. v. 5. & 8.

3. Et quod condonantur **omnia**. Omne debitum remisi tibi, Matt. 18. v. 32.

Consolatio hæc peccatoribus credentibus maxima est.

## III. Pars.

III. Pars.

Qua ratione autem Colossenses hæc tanta beneficia acquisuerint probe notandum. Factum, id est, mediante Christo, cum quo, sive per quem, sunt viuiscati. Propter illum etiam condonata peccata. Quomodo?

1. Quod is deleuit chirographum scriptum contra nos. Decreta & legem Decalogi intelligit, quibus lex nos peccati reos agebat. Hoc chirographum cōtra nos scriptum Christus deleuit suo sanguine, ne posset nos conuincere.

2. Nec tamen deleuit, sed & plane sustulit ē medio, ne veniret in conspectum iudicis, atq; cruci suæ affixit. Hoc est, Christus in cruce vna littera deleuit peccata, sustulit, & in cruce reliquit affixa: dum pro nobis factus fuit maleficiū, Gal. 3. v. 13.

1. Maior consolatio vix esse potest homini de peccatis tentato, quam hæc ipsa: quod omnia condonata, per Christum delata, sublata sint ē medio. Idem Mich. 7. v. 19. In profundum matis demersa. Nunquam desperabit, qui hæc & similia (ut sunt, Psal. 103. v. 12. Esa 44. v. 22) fideli corde meditatur.

Faciunt autem hæc pro pœnitentibus & credentibus. Cæteris valer id, Psal. 90. v. 8. Stauisti in lucem.

F I N I S.

THEMA LXXV.

Coloss. 3.

Superna curate non terrena. Emortui enim eſis & vita vestra abscondita est cum Christo, in Deo. Quando- cunque Christus manifestatus fuerit, vita nostra, tunc & vos cum illo man festabimini in gloria.

D I S P O S I T I O.

Tria sunt in his verbis Pauli, quæ accuratori explicatiōne opus habere videntur: cum prima fronte quædam

Ss appa..